



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

LII. Permittitur Missionariis accessus ad partes Orientales per aliam viam,
quam per Lusitaniam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

rio, vel alio quocumque literas deputationis in Vicarium Generalem, vel Foraneum, seu ut vocant *de Vara*, Visitatorem; vel alterius cuiuscumque tituli emendicare, nec etiam Oblatas accipere audeant pro exercenda quocumque modo Iurisdictione in locis, quæ Episcopis Vicariis Apostolicis commissæ sunt, vel fuerint in futurum.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Illius, qui charitas est, & Deus pacis vices licet immeriti, gerentes in Terris in eam præcipue curam follicitis studiis incumbimus, ut ea, quæ pacem Christianam, sine qua non bene colitur pacis Auctor, lædere, ac dissidiorum, & Schismatum inter Christianifideles, præsertim in longinquis ab hac S. Sede Partibus degentes causam præbere noscuntur, opportuna provisionis ministerio recidere, atque amovere satagamus.

§. 1. Cum itaque sicut non sine gravi animi nostri molestia ad aures Nostras pervenit, inter Christianos Tunkinenses, Cochinchinenses, & alios, variæ divisiones, & Schismata sint exorta, quibus Ecclesiæ Orientalis pax, & concordia multis abhinc annis plurimum labefactata reperitur: Nos ut pristina eidem Ecclesiæ pax reddatur, atque tranquillitas de salutari remedio providere cupientes, de particularis Congregationis Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio omnibus, & singulis Ecclesiis Sæcularibus cuiuscumque status, gradus, & conditionis, necnon omnibus, & singulis Regularibus cuiuscumque Religionis, Congregationis, Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, ne sub quovis prætextu, colore, causa, vel occasione aut vigore cuiuscumque privilegii, vel Indulti a Sede Apostolica emanati, ab ullo Primatæ, Archiepiscopo, Episcopo, Capitulo, Governatore, Administratore, Visitatore, Vicario, vel alio quocumque literas deputationis in Vicarium Generalem, vel Foraneum, seu (ut ajunt) *de Vara*, Visitatorem, vel alterius cuiuscumque tituli, & dignitatis, pro exercenda quocumque modo, vel titulo iurisdictione in locis, quæ venerabilibus fratribus Episcopis, Vicariis Apostolicis in China, Tunkino, Cochinchina, Siam, Camboggia, aliisque Sinarum, & Orientalibus partibus ab eadem Sancta Sede deputatis commissæ sunt, seu fuerint in futurum, emendicare, necnon etiam oblatas accipere, vel illis quovis modo uti audeant quomodolibet, seu præsumant, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna per eos ipso facto incurrenda, auctoritate Apostolica tenore præsentium districte prohibemus, & interdiciamus.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, & alios quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumcumque Ecclesiarum, etiam Metropolita-

narum, & Primatialium, Ordinum, Congregationum, Religionum, & Institutorum, etiam Societatis Jesu, Provinciarum, Conventuum, Collegiorum, & aliorum locorum piorum quorumlibet, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, Ordinibus, Congregationibus, Religionibus, & Institutis etiam Societatis Jesu, Provinciis, Conventibus, Collegiis, & locis piis, illorumque respective Præfobus, Prælati, Superioribus, & personis, aliisque quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis, etiam Motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad quarumcumque Personarum, etiam regia, aut Archiepiscopali, & Primatiali, aliave qualibet Ecclesiastica, vel mundana dignitate, & potestate fulgentium instantiam, seu eorum contemplatione, vel alias quomodolibet in genere, vel in specie in contrarium præmissorum concessis, ac pluries, & quantuscumque vicibus confirmatis, iteratis, approbatis, & innovatis.

§. 4. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toris tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales ideam importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem profus fides tam in Iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris die 23. Decembris 1673. Pontificatus Nostri Anno quarto.

I. G. Slusius.

Registrata in Secr. Brevium in lib. mensis Januarii par. 1. fol. 111.

Confirmatio, & extensio Constitut. Urb. VIII., qua permittitur quibuscumque Regularibus per suos Superiores mittendis accessus tam ad partes Orientales, quam per Lusitaniam; ac excommunicantur illi, qui eorum huiusmodi accessum impediverint: quæ Constitutio per Sanctissimum D. Nostrum extenditur ad Episcopos, & Vicarios Apostolicos in dictis Partibus Orientalibus, nec non Sacerdotes Sæculares, & Laicos, tam missos, quam in posterum mittendos in Chinam, Cochinchinam, Tunkinum, Siam, & alia loca Indiarum, & aliarum Partium Orientalium, eorumque accessum ad partes huiusmodi impediens sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Injuncti nobis cœlitus pastoralis officii ratio postulat, ut ea, quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris pro temporum conditio-

Exordium à cura servandi Christianam pacem.

Variæ Divisiones, & Schismata exorta inter Christianos Tunkinenses, Cochinchinenses, & alios.

Prohibet omnibus Regularibus etiam Societatis Jesu, ne a quocumque Ordinario, vel alio accipiant literas deputationis in Vicarium Generalem, vel Foraneum, aut alterius cuiuscumque tituli pro exercenda iurisdictione apud Sinas in locis prout in rubrica.

Pœna excommunicationis lætæ sententiæ adversus contravenientes.

Decretum irritans.

Refert obstantia præsentibus literis.

Eis, & aliis omnibus amplissime derogat.

Transumptorum fides.

Edic. 23. Dec. 1673. An. 4.

LII.

Exordium.

ne pro-

ne provide constituta fuerunt, si mutatis rerum circumstantiis, nisi per eos pie intento impedimentum adferre cognoscimus, immutare studeamus, sicut ad Catholicæ fidei propagationem, & animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Clem. VIII. indulget Superioribus Genera libus Ordinum suos Religiosos mittere idoneos ad prædicandum Evangelium per Lusitaniam dumtaxat, in Indias, & Civitatem Goan.

Tam Religiosi transmittendi, quam alii in illis partibus existentes ad Japonicas, & alias proximas, ac adjacentes etiam Chinæ, ac alias finitimas Indiarum Orientalis partes accedere possint.

Paulus V. omnibus Superioribus Ordinum indulget suos Religiosos idoneos ad illas partes transmittere posse etiam per aliam viam, quam per Lusitaniam.

In Reliquis mandat observantiam ad litterarum Clement. VIII.

Urban VIII. omnibus Superioribus Generalibus Ordinibus, etiam Societatis Jesu pariter indulget suos Religiosos idoneos ad Missiones ad dd. partes Indiarum Orientalis per alias vias, quam per Lusitaniam mittere posse.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Clemens Papa VIII. prædecessor noster per quasdam suas literas inter alia indulserat omnibus, & singulis Mendicantium Ordinum Magistris, seu Prioribus Generalibus tunc, & pro tempore existentibus, ut cum necessitas postulasset quoslibet Ordinis sui spectatæ vitæ, & eruditionis Religiosos, quos ad officia, & Ministeria prædicandi Evangelium, vel doctrinam Christianam docendi, ac Sacramenta administrandi, aliaque munia Ecclesiastica obeundi idoneos, & utiles fore in Domino judicarent, per Lusitaniam dumtaxat, & suscepta inde navigatione in Indias, & Civitatem Goan, atque ad Superiores Ordinum in illis partibus existentes transmittere, & tam ipsi sic transmittendi, quam alii supradictorum Ordinum Religiosi in eisdem Indiarum partibus existentes, & ad hoc munus obeundum a suis Magistris, Ministris, vel Prioribus Generalibus, seu aliis Superioribus electi, & approbati tam ad Japonicas, quam ad alias proximas, & adjacentes, etiam Chinæ, & finitimorum Regnorum, & terræ firmæ Indiæ Orientalis Insulas, Regiones, & Provincias accedere possent.

§. 2. Et re. me. Paulus PP. V. etiam prædecessor noster, accepto, quod experientia compertum esset, prohibitionem accedendi ad Indias, & Civitatem Goan, alias quam per Lusitaniam, tum qui sperabatur fructum minime protulisse, nec Catholicæ fidei propagationis negotio utilem fuisse, & propterea, ut tantum opus Dei, sublato omni impedimento libere peragi posset, providere volens, itidem per quasdam suas literas omnibus, & singulis Mendicantium Ordinum Magistris, Ministris, seu Prioribus Generalibus, aut alio quocumque nomine nuncupatis Ordinum Capitibus tunc, & pro tempore existentibus, & cum necessitas postularet, quoslibet Ordinis sui spectatæ vitæ, & eruditionis Religiosos, quos nimirum ad prædicta officia, & munia idoneos, & utiles fore in D. judicassent, ad Superiores Ordinum in illis partibus existentes etiam per aliam viam, quam per Lusitaniam in Japonicas, & alias illis proximas, adjacentes, & finitimas Insulas, Provincias, & Regiones prædictas, servata in reliquis dictarum litterarum Clementis prædecessoris forma in omnibus, & per omnia, & non aliter transmittere libere, & licite valerent, pariter indulserat.

§. 3. Pia mem. Urbanus PP. VIII. similiter prædecessor noster considerans, experientia plurium annorum compertum fuisse, orationes in dictis literis contentas non sufficere, easque aliqua provisione indigere, ut in prædictis Insulis, & Regionibus feliciter, ac facilius Sacrosanctum Christi D. Evangelium prædicari, & propagari posset, post habitam cum tunc existentibus S. R. E. Cardinalibus negotio Propagandæ Fidei per universum mundum præpositis maturam deliberationem, præfati Pauli prædecessoris literis inhærens, omnibus, & singulis Religionum cujuscumque Ordinis, aut Instituti, etiam Societatis Jesu, Magistris, Ministris, seu Procuratoribus Generalibus, aut quocumque nomine nuncupatis Ordinum Capitibus tunc, & pro tempore existentibus auctoritate Apostolica concessit, & indulget, ut cum eis expedire visum foret, quoslibet suarum Religionum, Ordinum, & Instituti Religiosos, quos ætate, vita, moribus, & scientia idoneos esse ad Missiones, judicavissent, ad prædictas Insulas, Provincias, Regiones, & Regna Indiæ Orientalis,

etiam per alias vias, quam per Lusitaniam, libere, & licite mittere possent, & valerent, servata tamen in reliquis præfatarum Litterarum Clementis prædecessoris forma in omnibus, & per omnia.

§. 4. Necnon quoscumque Ecclesiasticos, & Religiosos cujuscumque Ordinis, & Instituti tam non Mendicantium, quam Mendicantium etiam Societatis Jesu, & Sæculares, Religiosorum, ut præfertur, mittendorum ad Insulas, Provincias, Regiones, & Regna antedicta accessum hujusmodi impediens excommunicationis latæ Sententiæ vinculo innodavit, ac pleraque alia constituit, prout in ipsius Urbani prædecessoris desuper in simili forma Brevis die 22. Februarii 1633., quarum, ac præfatarum Clementis, & Pauli prædecessorum litterarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus uberius continetur.

§. 5. Cum autem sicut Venerabiles fratres Episcopi, & Vicarii Apostolici auctoritate Apostolica deputati in partibus Orientalibus commorantes nobis nuper exponi fecerunt, non minus ipsis, ac Presbyteris Sæcularibus, & Laicis ad easdem partes missis, & mittendis, quam Religiosis supradictis difficile, ac Catholicæ fidei propagationi inutile sit iter, & navigationem ad Indias Orientales, & partes Sinarum per Lusitaniam suscipere, eisque aliæ viæ longe faciliores, ac expeditiores pateant: nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 6. Nos igitur specialem ipsis Episcopis, & Vicariis Apostolicis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de particulari Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Consilio, præfatas Urbani prædecessoris literas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innovamus, ipsasque literas ad eisdem Episcopos, & Vicarios Apostolicos, necnon Sacerdotes Sæculares, & Laicos, tam missos, quam imposterum mittendos in Chinam, Cochinchinam, Tunkinum, Siam, & alia loca, Insulas, Provincias, Regiones, & Regna Indiarum, & aliarum partium Orientalium, itaut ipsi, & eorum quilibet illuc per alias quascumque vias sibi beneficas, quam per Lusitaniam proficisci libere pariter, & licite possint, & valeant, nec per Lusitaniam hujusmodi transire, aut navigationem inde suscipere ullo modo teneantur, servata tamen cæteroquin præfatarum Clementis prædecessoris litterarum forma, auctoritate, & tenore prædictis extendimus, & ampliamus.

§. 7. Ac quoscumque Ecclesiasticos, & Religiosos cujuscumque Ordinis, & Instituti, tam non Mendicantium, quam Mendicantium, etiam Societatis Jesu, & Sæculares, Episcoporum, & Vicariorum Apostolicorum, necnon Sacerdotum Sæcularium, & laicorum tam missorum, quam imposterum mittendorum, ut præfertur ad Chinam, Cochinchinam, Tunkinum, Siam, & alia loca, Insulas, Provincias, Regiones, & Regna Indiarum, & aliarum partium Orientalium hujusmodi accessum quomodolibet impediens excommunicationis latæ Sententiæ vinculo pariformiter innodamus.

§. 8. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, &

In reliquis mandat observantiam ad litterarum Clementis VIII.

Pœna excommunicationis latæ sententiæ adversus impediens accessum ad dd. partes Religiosos, ut supra transmittendis.

Preces Vicariorum Apostolicorum in dictis partibus Orientalibus existentium.

Absolutio à Censuris.

Pontifex d. literas Urbani VIII. confirmat, & extendit etiam ad Episcopos, Vicarios Apostolicos, Sacerdotes sæculares, & laicos tam missos, quam mittendos in Chinam, Cochinchinam, Tunkinum, & alias partes Indiarum Orientalium.

Pœna excommunicationis latæ sententiæ adversus impediens accessum quomodolibet ad dd. partes supramemoratis personis.

Decretum irritans.

fore,

fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcasse observari: sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & alios quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & functionarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniti debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Mandantes propterea universis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac cæteris Ecclesiarum, & locorum, etiam Regularium Prælatibus per univ. Orbem constitutis, ut præsentem literas in suis quisque Provinciis, Civitatibus, Diocæsihus, Capitulis, & Jurisdictionibus ab omnibus inviolabiliter observari, & quoties a præfatis Episcopis, & Vicariis Apostolicis, necnon Sacerdotibus Sæcularibus, & laicis tam missis, quam mittendis ut præfertur, seu eorum aliquo fuerint requisiti solemniter publicari curent, & faciant.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Urbanus prædecessor in suis literis præfatis voluit non obtinere, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Decembris 1673. Pontificatus nostri Anno Quarto.

I. G. Slusius.

Reg. in Sec. Brevium in lib. mensis Januarii par. 1. fol. 121.

LIII.

Pro Episcopis Vicariis Apostol. apud Sinas &c. prorogatio facultatis ordinandi Indigenas illarum partium, etiam absque titulo, cum Indulto eis commutandi Officium divinum.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Alias emanarunt à fel. rec. Alexandro Papa VII. prædecessore Nostro literæ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet, Alexander Papa VII. Ad futuram rei memoriam. Injuncti Nobis cælitus Pastoralis Officii ratio postulat, ut nihil a Nobis desiderari patiamur, quo Christiana Religio, præsertim in longinquis partibus feliciter in dies, aspirante, atque adjuvante Domino valeat propagari. Alias siquidem Venerabiles Fratres Franciscum Palla Heliopolitanum, ac Petrum Lambert Beritensem, necnon tunc in humanis agentem bo. me. Ignatium Corolendi Metelopolitanum Episcopos, Vicarios Apostolicos respective in partibus Sinarum sub certis modo, & forma tunc expressis deputavimus.

§. 1. Ut autem in partibus prædictis Sacerdotum Indigenarum ordinatio facilius peragi, atque ita fides Catholica ibidem firmius, benediciente Domino radicari valeret, memoratis Franciscum, ac Petro, & Ignatio Episcopis cum

Christifidelibus earumdem partium indigenis sibi respective uti Vicariis Apostolicis hujusmodi pro tempore subditis, ut ipsi, licet idioma Latinum non intelligerent, nihilominus, dummodo illud legere nosset, eisque Canon Missæ ac formulæ Sacramentorum Ecclesiæ declararentur, ad omnes etiam sacros Presbyteratus Ordines; servatis alias servandis promoveri, & promoti in illis, etiam Altaris ministerio ministrare libere & licite possent, & valerent, dispensandi, necnon recitationem Officii divini, Horarum scilicet Canoniarum eidem Christifidelibus in recitationem aliarum precum in eorum lingua arbitrio suo commutandi facultatem auctoritate Apostolica ad septennium dumtaxat concessimus, & impartiti sumus, & alias prout in ternis nostris in simili forma Brevis literis die 10. Septembris 1659., & die 20. Septembris 1660. respective desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut pro parte præfatorum Francisci, & Petri Vicariorum Apostolicorum, ut præfertur, deputatorum; Nobis nuper expositum fuit, dictum septennium versus finem jam labatur, bona vero stabilia Sinenfium ad possidentes absolute non spectent, sed illorum Domini sunt Reges, qui dicta bona; quibus libitum est, vita durante concedunt, ac proinde super hujusmodi bonis perpetui Patrimonii titulus pro Ordinandis ad sacros Ordines per eorum parentes, seu alios in illis partibus assignari non possit. Nos propagandæ, firmiterque radicandæ in ejusdem partibus Catholice Fidei, quantum nobis ex alto conceditur consultum esse cupientes, dictosque Franciscum, & Petrum Vicarios Apostolicos amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super negotiis Spiritualibus Regni Sinarum a Nobis specialiter deputatorum consilio, septennium præfatum ad alios septem annos a fine ejusdem Septennii computandos dicta auctoritate tenore præsentium prorogamus, extendimus, & ampliamus.

§. 3. Præterea præfatis Franciscum, & Petro, necnon aliis duobus Episcopis, per eos, seu eorum alterum, aut primum ab eorum altero supersistente ordinatum respective, vigore aliarum binarum nostrarum, etiam in forma Brevis literarum die 4. Februarii 1664., & die 28. Februarii proxime præteriti respective expeditarum, quarum tenores ibidem pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, consecrandis, quos pariter Vicarios Apostolicos in partibus prædictis per easdem literas sub certis modis, & forma ibidem expressis deputavimus, ut ipsi tam residuo primodicti Septennii, quam aliis septem annis per præsentem prorogatis durantibus, Clericos memoratarum partium Indigenas, etiam absque titulo, servatis tamen alias tam ex sacrorum Canonum, quam ex primodictarum nostrarum Literarum præscripto servandis, ad sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri licite, & libere possint, & valeant, facultatem elapsis septem annis per præsentem literas prorogatis illico expiratarum auctoritate, & tenore præfatis concedimus, & impartimur, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincia-

Eisdem indulget ad septennium, ut suos subditos respective indigenas ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri possent, licet idioma Latinum legere nosset, eisque Canon Missæ, & formulæ Sacramentorum Ecclesiæ declararentur.

Eisdem pariter ad septennium facultatem concessit, ut sic Ordinatis recitationem Divini Officii commutarent in recitationem aliarum precum in eorum lingua.

Preces dd. Vicariorum Apostolicorum.

Absolutio à Censuris.

D. Septennium prorogavit ad alium Septennium computandum à fine primi Septennii.

Insuper dictis Vicariis Apostol. indulget, ut tam residuo d. septennio, quam aliis septem annis, ut supra prorogatis possent Clericos indigenas absque titulo ad Sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri.

Præservatur auctoritas Congregationis.

Mandat omnibus, & singulis Ordinariis, & Prælatibus locorum etiam Regularium per univ. Orbem præsentium literarum observantiam.

Ut requisiti à dd. Vicariis Apostol., Sacerdotibus sæcularibus, & laicis tam missis, quam mittendis, seu ab eorum aliquo dd. literas publicari faciant.

Derogat contrariis.

Transumptio fides.

Edit. 23. Dec. 1673. An. 4.

Alexan. VII. tres Episcopos in partibus Infidelium deputavit Vicarios Apostol. in partibus Sinarum.